



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Gerundioru[m] casus & definentiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

genitiuū solet habere, & amādo cum p̄positione, quę solet ablatiuū habere &c. Multa possunt hic dici, sed noīa non sunt, quia non sunt alieuius numeri aut generis, nec adiectiua nec substantiua &c. Tene ad quiscq; quod uult. Non cogit iurare quiscq; in alterius uerba. Parui refert siue noīa sint gerundia, ut prisca. ait, siue uerba, ut Dona. uis detur sentire, siue participia p̄sentis temporis, ut uidei Valla sentire, dūmodo sciamus quō per gerundia loquendū sit.

Gerundiorū casus & desinentiæ.

Gerundiorū casus sunt quattuor, ntūs, grūs, actūs & abltūs, & declinantur sine articulis, quia genera nō habēt, ut pacēq; ab rege petendum. Lucre. Externas quoniā p̄nas in morte timendū, ntūs est, sic uiuendū est lēte, luuena. dixit. Viuendū est recte quū p̄pter plurimum his, gerundiū est, ait Lanci. Plī. ij. Græcis utendū erit uocabulis quia uiuendus a. um. nō dicit &c. Et gerundia p̄cipue nominatiui casus dicūt quandā necessitatē, ut etiā notauit Dona. Venio legēdi hīstoriā gratia, grūs est, ad legendū hīstoriā, actūs, p̄ legēdo hīstoriā, abltūs. Addunt quidā, ut Calepi. datiuū, dans exemplū, sum aptus docēdo hīstoriā, & sum aptus docēdo rhetoricā a p̄ceptore. Sed rē sine teste gerit, ideo ipsi nō credo. Terminatiōes Dona. ponit tres dī. do. dum. Sulpitius deridet eos q; ponūt plures. Valla dicit gerundia per oēs casus & genera in utroq; numero declinari, & ipse poneret dus. da. dum. dē. dam. dos. &c. hūc sequit Perot. Fuit mihi de hac re disceptatio ante duos annos aut tres, p̄longa quidē sed friuola cum amico quodā nostro. Ego certe oēs recte sensisse dico, quia gerundiū capit large, ut extendat se ad gerūdiuū. & sic capit Valla. Capit etiā strictius pro eo solo quod uerbi habet regimen. Et sic capiunt Donatus, Sulpitius, & plures. Et diuiditur gerundiū. sic gerundiorū q̄dam gerundiū, quoddā gerundiū per regulā topicā, si genus duas species deberet in se cōtinere, quarū alteri dūtaxat nomē est, quę nomen non habet, sumit nomē superioris. sic in definitione noīs quā dat Dona. res ceditur in rem & corpus, sic adoptio in adoptionē, & arrogationē, sic usucapio in usucapionē, & p̄scriptionē &c. Gerundiuum. Prisca. uocat nomen quod differt a participio, quia participiū cum tēpore significat actionē uel passionē. gerundiū ꝛo passionē sine tēpore significat, saltē determinate & definire. Vnde si dico in legendis libris, uel in legendo librū, aut libros, tēpus consumo, gerundiuum uel gerundium est, & sensus est, dum lego libros &c. Si participium esset, sic intelligeretur, consumo tempus in libris qui legentur a me, uel ab alio.